§. XXV. *Tranſitio ad quaeſtionem: ſitne in Holſatiae Ducatu iuri Romano an vero Saxonico, qua repraeſentationem in ſuccesſione collateralium, locus? Inde a multis ſaeculis ius Saxonicum in Holſatia obtinuit, etiam ante ſaeculum XII. Confutatur Mollerus.*

§. XXVI. *Vſum iuris Saxonici hodiernum in Ducatu Holſatiae ipſae Conſtitutiones et Ordinationes Iudiciales probant.*

§. XXVII. *Licetque in Ciuitatibus Holſaticis iuri Saxonico hodie deroget ius Lubecenſe priuilegiis Imperantium illis indultum;*

§. XXVIII. *Nihilominus tamen legibus Saxonicis in ciuitatibus etiam Holſaticis ſtandum eſt, vbi cauſſa controuerſa non ex verbis conceptis ipſaque litera ſtatuti Lubecenſis decidi poteſt. Vtrum repraeſentatio in ſuccesſione collateralium iure Lubecenſi obtineat? Rationes affirmantium recenſentur.*

§. XXIX. *Rationes negantium enarrantur. Quibus calculus adiicitur.*

§. XXX. *Quamuis vero neque in Holſatia neque in Ciuitate Lubecenſi, ſi iura Saxonica et Lubecenſia ſpectes, quae illic et hic ſeruantur, ius repraeſentationis obtineat; attamen, hactenus iure Saxonico et Lubecenſi lege Imperii vniuerſali in exilium dato, etiam inter collaterales ibidem ſuccesſio Romani iuris hodie obtinet vicaria. Quod ſubiunctis Reſponſis Collegii Iuridici Kilienſis comprobatur.*